defuncta) nubere vlterius nollet. tamen q̃nq; ꝛ q̃nquagita regnaſſet annos. ad extremū ſub impio friderici ppl'ari tumultu ex regio ſolo deturbat⁹ eſt. Et xp̄ofer⁹ bauarie dux ſibi ex ſorore nepos in ei⁹ locū ſuffectus q̄ auūculū ſuū. x. annis q̄bus ip̄e regnauit in inſula gothica regnare pmiſit. Xp̄ofero aūt ex hūanis abeunte. dacie ac norwegie coronā criſtigerus accepit. Sueci vo in electione regis diſcordantes alij carolum equeſtri dignitate inſignē. alij canutū ei⁹ fratrē natu minorē regno p̄ficiunt. Pendente adhuc electionis negotio carolus immiſſis militibus ſcoltonie qd̄ hodie ſcockhalm oppidū clam occupat. in q̄ regia ſedes habet. Canutus p amicos arcē inuadit. hinc bellū inter fratres ortū ꝛ pugna diu anceps. occiſis vtrumq; plurib⁹ ea demū lege inducie pacte vt poteſtas eligendi regē excluſa nobilitate plebi fieret. in qua cū carolus gratioſior eſſet maieſtas regni ad eum deferṫ. Canut⁹ priuatā vitā degit. Carolus vo nouo regno tumidus atq; inſolens armatis nauibus heinricū etatē confectū. nulli noxiū ſibi ip̄i viuentē e gothia ppulſauit. qui etiam hodie in hūanis agens apud pomeranos (vnde illi origo fuit) puo contentus vitā agere ferṫ. Q̃ ſint incerta mortalia ꝛ q̃tinuida ſuo exemplo docent. qui tribus potentiſſimis regnis exutus nec paruam inſulam in q̄ decem annis delituerat vſq; ad mortem retinere potuit. etate pleniſſimus. Sed neq; carolo ſcelera ſua impunita fuere. qui dum xp̄i eccīas pſequiṫ. religionem comtemnit. ſacerdotes diſpoliat. feſtos dies obſeruare prohibet. iura diuina ꝛ humana a Johanne benedicti filio vſalenſium p̄ſulem viro cordato ꝛ impigro. a quo nobilitas regni excitata eſt magno p̄lio ſupatus ac regno ppulſus in parua inſula non longe ab oſtio viſtele ppe pruſſiam exilium agit. Criſtigerus in locum eius aſſumptus pietate ac iuſticia melior. Iterum tria regna noſtro tp̄e in vnum redegit. cui ꝛ gothia paret. gothoꝝ quondā ſedes ꝛ patria.

Bohemia